

SECUNDA PARS  
 SPECVLATIVÆ  
 PHILOSOPHIÆ, GRA-  
 DVS SEPTEM VEL DECEM  
 CONTINENS, PER QVOS AD  
 sublimia patet aditus.

*Accessit huius mundi Fabrica, Peregrinatioq; vitæ  
 communis, quarum cognitione vitatur erroris  
 via, veritatisque semita demonstratur.*

Colloquijs, & comparatiuis recapitulationibus  
 singula illustrata.

AD BENIGNVM LECTOREM  
 AVCTORIS PRÆFATIO.

**P**ostquam Chemistica Philosophia clauem,  
 hoc artificio compilatam, ut quodlibet capi-  
 tulum peculiarem tractatum requireret, ab-  
 soluissem, facere non potui, quin explicationē  
 primi capituli huius philosophiæ studiosis amatoribus da-  
 rē: ut qua facie labores nostros recepturi sint, experiret.  
 Quod si hos illis gratos & acceptos fore perceperim, quā-  
 doq; maiora videre licebit, quā hucusq; de meis lucubra-  
 tiunculis processerūt: sin minus, alijs hac in re suū vi ex-  
 periantur ingeniū, si quid utilius excellentiusq; prestare  
 velint, relinquo: fecisse me satis, dū cunctis per clavis tra-  
 ditionē, & graduū demonstrationē, viam aperuerim, exi-  
 stimabo. Sat scio, plurimos ex his, qui nihil præterquā ea,  
 quæ vel sua sunt, aut saltē sibi cognita, vel in Vniuersita-  
 tibus audita, probare solet, dentes in eos acnere, qui secre-  
 tiora nature scrutantur mysteria. Verū hoc non admiror,  
 cum